expressæ habita, sed probabiliter præsumpta, nisi forte
in articulo extreme necessitatis.*

1040 Licentia tacita, & præsumpta est illa que
petitur expresse, sed si petetur, conceditur: quod
Superior fit invitus quoad substantiam recipiendi, re-
tineendi, dandi, &c. Minime, si sit invitus solum
quoad modum.

1041 Universaliter Religiosus peccat contra pauperatam
gravior, vel leviter, quia gravitatem, vel le-
vitatem materie, recipiendi, retinendo, donando, si
recipiendi, dandi, &c. Minime, si sit invitus solum
quoad modum.

1042 Non sufficit licentia tacita, si in aliqua Reli-
giosa vult reformata adit perceptum, ut licentia
expresse petatur, & obtineatur.

1043 In tali tamen Religiose Superior cum suis
Religiosis gerere se debet ut pater, non ut dominus,
& ita parata charitate curare, ut eos sibi bene affe-
ctos conservet, si que habeat promptiores rigori di-

sciplina regularis, & suis præceptis; quod (experien-
tia magistra) mirabiliter obtinet, si in huiusmodi li-
centis concedendis se ostendat blandum, ac libera-
lem, minime tenacem, & alperum. Sæpe tamen volit
rursus nimia facilitas recurrendi ad licentias præsum-
ptas, in quibus ob proprii amoris passionem potest ali-
qua imperfecto contingere. Quod maxime attenden-
dum est pro Monialibus, sub eo præcipuo, *Aliquid
est indulgentium sicuti, & v. n. 1026. 1030.*

1044 His de causis Superior Religiosorum petentem,
& licentiam concessorem, non in iustam, sed ra-
tionabilem, utilem, imo necessariam sentire debet,
nisi ei sit oppositum.

1045 Monialis ad aliquod officium, vel exercitium
destinatus, puta Sacristæ, Cellaræ, &c. ad quod re-
quiritur expense, que non satis à Monasterio sub-
ministrantur, per hoc ipsum, quod ad tale officium
deputatur, implicite debet licentiam recipiendi a
propinquis quidquid est opus, & convenit ad eius
executionem. Superior autem (si proficue potest)
debet nimiam moderatam ostentationem.

1046 In Religiosis, ubi est recepta, & viger con-
suetudo aliqua recipiendi, retinendi, expendendi, do-
nandi, &c. sine expressa Superioris licentia, exculatur
Religiosus a peccato propinquantis ratione licentia ta-
cite, Magris ill. quæst. 14. quæst. 1. num. 44. Pellicæ de Mo-
nialibus, res. 71. & com.

At hæc licentia tacita non habet locum in distractio-
nibus rerum Monasterii, in quibus Monasterium grave
preiudicium patitur, ut si licentia expressa, non solum
licentiam immediate, & directe Monasterio daturam
dirhas. Donat. tom. 3. tract. 13. quæst. 14. quia hæc
licentia furta, & Prælati omnino invitæ presumitur.

Secus est dicendum de rebus propria industria, aut
proprio labore a Religioso acquisitis, ut de elemo-
sinis, &c. Hinc potest a Superioris licentia, &c. Hinc potest
Abbatissa Monialibus, & Superioribus Religiosis licen-
tiam concedere eas convertendi in proprios usus, de-
ter Diana parti. 4. tract. 6. res. 22.

1047 Contra pauperatis votum peccat Religiosus
secus occulens, non a Superiore reperiantur, animo non
parato ad eas tradendas, si peratur. Secus vero, si
occulentes solum ob vitandam confusionem, aut ve-
recundiam, animus tamen fit paratus ad eas tradendas,
si veniant, Mendo in epis. cor. Franciscanis votum.
Qui addit:

- 1) quod licentiam habens a majori Prælato, possit
eas occultare minori, quia sufficit ea dependentia,
ut sit proprietarius;
- 2) habens licentiam ad infundendam pecuniam in re
determinata, non ad donandum cum uni, nec quod
dare alteri, nec in alia re infundere, nisi tacitam
licentiam rationabiliter presumam;
- 3) Accipiens aliquod non sibi, sed communitati, &
si tradens, non indiget licentia, quia presumitur;
- 4) Accipens a communitate ea, que sibi essent præ-
stantia, non violat pauperatam; nam in acceptatione
ne abique proprietate, percipere se habet ac tenere,
ne utri communiti deponere. Quinimo, si a Superio-
re iuste necentur necessaria ex bonis communibus,
potest quis ea accipere; nam Superior substituit sua
beneficia, & ea bona devolvuntur ad subditos.

Item docet Pellicæ de monialibus cap. 4. n. num. 27.
ad 39.

1048 Religiosus, qui habet licentiam dandi, & ac-
cipiendi, potest emere, & vendere, quia in ea com-
munit. Dummodo talis communitas, & transactio domi-
natori, quia hæc est prohibita Clericis. Qui autem
habet solum licentiam dandi, aut solum accipiendi, non
potest emere, & vendere; quia in emptione, & ven-
ditione datur acquisitio, & translatio domini.
1049 Habens licentiam dandi, potest uti ex Monas-
terio datur, etiam si ille non petat licentiam accipiendi, quia

P. Franciscus in 6. cap. Regule: *Quia si mater natus, & diligit filium suum carnalem, quam diligentes de- let qui diligit, & matrem fratrem suum spirituales*
 1094. Monasteria tamen non desunt, in quibus qui- ber Observantiam proficiunt, & eam labentem deplo- rant, at nemo dignum ad sublevandam admoveat. Quib- licet ad fructus sibi necessarios dextera porrigit, at nemo manum ad aratrum extendit. Quilibet est ad panem sollicitus, ad laborem tamen. Plures video Contemplariiv studere, paucos Activi. Perfectior illi Con- templativi, sed longe perfectior, si jungatur. Adire. Hinc de S. Francisco canit Minorum familia.

S. Franciscus, *prævis orationum sedibus, quid faciat instructus: non sibi soli vivere, sed & alios pro- ficere vult Dei regis datus.* Et recte Apost. excelsitas *Ob- Chæ Fides*, præcæta *Spes*, major *amorem* *verum* *Ob- Chæritas*. Emulami ergo Fratres (ut cum cod. Apost. 1. ad Cor. 12. loquitur) charismata meliora.

1095. Hinc, qui resistunt vitæ communi, videntur potius illi agere, ut superflua abundant, & libertas disponant, quod est contra pauperatatem, quam qua- cis inde necessaria desunt iuxta decemalium litas.

1096. Denique duo volo monita, pro praxi præ ocu- lis habenda, ex parte subditorum unum, ex parte in- feriorum alterum.

1097. Ex parte subditorum sit *forma fiducia* in Dei providentiam, in omnia verborum Christi Matth. 6. 6. *Ne- lites solliciti esse dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scitis enim Pater vester, quia his omnia indiget.*

Fiducia omnem diffidentiam expellens firmabitur, si Religiosi perlegant, quod in Chronicis Minorum, & in Speculo eorumdem tract. 3. fol. 46. retetur super Regula, & Pauperatate Minorum, & sequitur.
 1098. Quæ cum ad legessionem fratris Helie multi mi- nistri ad Beatum Franciscum accessissent protestantes, quod nolebant ad eam obviare, timentes, ne eiset nimis aperta: quod autem Beatus Franciscus veritatem suam ad Calum, & loquebatur sic Christo:
 1099. Domine, nonne bene tibi dixi, quod non crederet mihi? tunc omnes audiverunt vocem Christi in aere dicentis: Franciscus, nihil est in Regula de tuo, sed totum est meum, quicquid ibi est. Et volo, quod Regula servetur ad litteram, & ad litteram, sine glo- sa, sine glossa. Et addidit Christus: Ego scio, quantum potest humana fragilitas, & quantum volo eos servare; qui nolunt ego eam servare; & exco- Ordinem.

Et statim ibidem.
 1100. Cum fratres de elemosinis sufficienter possint vi- vere, nec fide se exponere Divinae Providentiæ, est Deum tentare, ut aliqui male fontiones de Evan- gelica pauperatate dixerunt: Contra quos Nicolaus Papa in dicta Decretali *Exiit*, ait: Nec quicquam his infirmitate cretoque, & quod taliter prout Deum proprietatem omnino abdicantes, tamquam homini- de sui, vel tentatores Dei videri discernimur se committant. Si enim se ipsos committunt Divinae Providentiæ in vivo, quod vian non contem- nunt provisionis humana; quam vel deoris, que mendicantium humiliter, vel de his, que conquirentur per laborium sustententur; qui triplice vivendi modo in Regula continetur expresse. Profecto, si iuxta promissum Salvatoris, nunquam deficiet fides Ecclesiæ; per consequens nec opera misericordie subtrahentur. Ex quo Christi pauperibus omnia ra- tio diffidentia conturbabitur esse subacta.

Hinc accedit illud Salvatoris Matth. 24. *Calum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Et concludat Apost. 2. ad Corinth. 9. *Nihil habentes, & omnia possidentes.*

1109. Ex parte superiorum sit *Zelus*, & *Eximia Prudentia*. Zelus, qui ipsi tenentur ad Reformatio- nem, & inde ad vitam communem omni conatu pro-

movendam; quoniam Apostolus ad Hebr. 13. subditus ad obedientiam extimulans Prælatorem, eorum nom- propositum, dicens: *Obsecro præpositi vestri, & subja- cete eis ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro ani- mabus vestris reddant, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.*

1099. Eximia Prudentia, qua tantæ Superiori con- fideat suorum subditorum, loci, & temporis condi- tionibus, aliisque circumstantiis, ut si subditus sit zelus, quod si non foret, se profaturum, sed potius providet pejora mala, & scandala ortura, & col- labeat, & apud Deum excubatur, qui zelus ordinari debet ad lucrandas, non pericidas animas: tunc nam- que Superiori instante, Religiosi reculant, in ex- pressa facilius capitulum. Vnde infra dicta incidenter, ut in n. 1088.

1100. Quæ prudentia est magis necessaria quoad Mo- niales, pro quibus specialiores aliæ circumstantiæ sunt attendendæ, maxime si ex detractione, & perfido voluntario Monasterium, & claustrum elegerint, minime ex propria dolo, & perfone convenientiæ; quæque minus (ratione sexus) reddi solent jurium capaces, & solent esse causa majorum malorum, ipli facti Patres capitulum. Vnde infra dicta de iustitia Confessorii, & n. 1080.

QUÆRES III.

1101. An Religiosi possint succedere suis parentibus ad intestatam, aut assignatam legatam reiperse?

R. Espond. Quod si Religio non sit capax successio- nis, non potest Religiosus succedere ab intestato. Porro tamen nomine Monasterii acceptare lega- tum per modum elemosine, iuxta dicenda de pie- ritate, & legatis Minorum.

1102. Si Religio sit capax successiois, tunc sine hæreditate Religioso profecto proveniat ab intestato, & sic ex testamento, in Nam succedit Monasterium, ex communi principio: *Quidquid Monachus acquirit, pro Monasterio acquirit.* Non tamen totum hæredita- tis, cum tunc Religio non sit hæres; sed titulo, & iure acquisitionis naturalis, in quantum bona, utpote accessoria, sequantur personam, si persona autem est Monasterio, & Deo dicata.

1103. Item, si Novitius professionem emittat abque prævia renunciatione, iure dispositione forum bono- rum, tunc se labori ut mortuus ab intestato nam per professionem Religiosus moritur mundo, & per 2. can. facti, immo per votum pauperatis spoliatum dominio omnium bonorum; unde Monasterium in omnia ejus bona succedit (si Religio sit capax suc- cessionis, seu possit bona in communem) excepta legitima, si que sit filius, aut alius descendens, vel ascendens debita, de qua quidem etiam post professionem Religiosus disponere potest, cum distri- buendo inter eos, quibus debetur, *Can. si qua mulier*, 9. S. *Sec. si persona*, *Can. 19. quæst. 3.* non quidem ut dominus, sed ut admitteratur a iure constitutus ad hunc effectum. Quod si Religio non sit capax suc- cessionis, tunc non succedit Monasterium, sed suc- cedit hæres illi, qui fuerit ere debuit, si mortuus esset ab intestato extra Religionem, seu in faculo.

1104. Pariter, si Novitius mortuus intestatus ante professionem, succedunt in ejus bona iidem, qui suc- cederent, si mortuus esset in faculo, quia cum perso- na non esset Monasterio dicata, ita nec accessorium, si mortuus esset ejus bona, *Irving. in Comp. lib. 3. tit. 27. S. 3. & 4.*

1105. Quantum ad legatum recipiendum nulla est difficultas in Religione capaci, dummodo nullum jus in privato Religioso reliquit, sed solus usus facti.

1106. Denique si Religiosus profusus infirmatus hæ- res, Monasterium nomine Religiosi hæreditatem acquirit. Mendo in *Epist. vet. Pamp. Varim. num. 10.*

QUÆRES IV.

1107. An si Monialis transeat de uno in aliud Mo- nasterium, debet etiam transferri deus?

R. Espond. Quod si profaturus Monasterium Monia- lem admittit votens, acs non est transferenda, sed remanet apud prius Monasterium. Est autem transfe- renda, si cogatur ad eam admittendam; Pelliz de *Monial. c. 3. n. 69.* cum Rodr. Bonas, & aliis contra ali- quos ibi, qui etiam quoad primam partem affirmant.

1108. Ratio primæ partis est, quia (ut ait Pelliz, *citat.*) Dos non datur Monasterio sub conditione, si *Monialis* in Monasterio maneat; sed sub conditione, si *professus* fuerit. Unde profectio facta, Monia- lium votem perpetuo acquirit. Et posterior Mo- nasterium votem perpetuo acquirit. Est autem ibi de- bet hoc incommodum impurare.

1109. Nec tenet paritas de Matrimonio carnali: quia in hoc dos ad virum pertinet, solum pro matrimonii tempore; hinc si vir, aut mulier moriatur, dos re- licti debet. At soluta professione per mortem Mo- nialis, dos non relictur parentibus, quia per pro- fectioem dos transeat perpetuo in dominium Mo- nasterii nam (ut docet inquit Pelliz,) Monasterium fiat loco filii, atqueque sicut filius est hæres matris, etque succedit in dotem, ita Monasterium succedit in dotem Monialis defunctæ: *quid. n. 111.*

QUÆRES IV.

1110. Ex quo etiam fit, quod licet vir possit uxorem ejicere, donec illi solvatur dos, non sic potest Monasterium Monialem profectum ejicere, quod potest parentes in iusticio egerit.

1111. Ratio secundæ partis est, quia, iudicium non est, ut pollerius Monasterium, quod patitur involuntarie recipiendo talem Monialem, insuper patiatur alimen- torum gravamen. Ita Pelliz.

QUÆRES V.

1112. An Religiosus transiens de una in aliam Reli- gionem possit licite bona, que ibi retinetur, ex propria industria acquisita, secum transferre?

R. Espond. Non posse, etiam si Religio, ad quam transit, sit bonorum capax, & etiam si transeat de licentia Episcopi, nisi in licentia sit expresse concessa facultas ea transferendi. *Donatus tom. 1. part. 2. tract. 5. q. 57. Potr. ver. Bona transeat, n. 1. & Com. Ex cap. unico, seu hæretico 18. qm. 1.* Ubi dicitur: *Sec. quælibet acquiritur, & habetur esse licite Monasterio relinquenda. Et ex cap. Non dicitur 12. q. 1.*

1113. Nec dicat: Bona sunt accessoria personæ, & illius intuitu a Monasterio obtenta, adeoque quod eadem sequi debeant.

Quæ C. ut docet ponderat *Donatus*, *Aliud est, acquirit intuitu personæ professe, & aliud est, quod pertinet Monasterium persequitur. Et enim bona acquiruntur Monasterio intuitu personæ, sed non persequuntur ratio- nem illius, sed ratione personæ, vel illius, quæ subje- ctæ sunt, profectus intuitu bonorum acquiruntur se habet ut extraneæ. *Megal. part. 2. lib. 2. cap. 27. q. 3. num. 46.* contra Menoch.*

Et ideo subdit, quod licet bona illa prius Monasterio obsequerent intuitu personæ, nihilominus illius esse facta sunt omnino, absolute, & simpliciter, per profes- sionem ibi validè factam: *vid. n. 1109.*

Religiosus igitur de una in aliam Religionem transiens, non potest secum deferre bona, que in prius tenet, sive immobilia, sive mobilia, utensilia, li- bres, &c. quocumque modo acquisita: *vid. n. 1118.*

1114. Excipienda tamen sunt manuscripta Religio- si, ut Concionæ, lectiones, & similia, quia sunt usus intellectus de illis enim potest si disponere ad libitum, sine donando, sive secum ferendo. Diana

Examen Ecclesiæ.

QUÆRES VI.

1115. An Religiosus obligetur ad restitutionem?

R. Espond. Quod licet non possit dici obligatus obliga- tione proprie dicta, in quantum revera nihil ha- bet proprium, cum omni domino, & iure per profes- sionem sit spoliatus, & restituito sit facienda de proprio, potest tamen esse obligatus obligatione im- proprie dicta. Pelliz de *Monial. cap. 4. n. 74.* & *Com- muni ortu restitutionis, in casibus, quibus laici esse iustitia commutativa, & ius alterius, est de jure natu- rali, ex illo principio natura reddendi iuricque quod sumit est.* Unde Religiosus, qui jus alterius le- sit, tenetur omni tenore modo, quo potest, illud relinque: *vid. n. 1126.*

1116. Si habeat igitur relictus, seu peculium ad proprios usus, tenetur ex illis aliquid detrahere, & restituere. Quod si eam non habeat, voluit aliqui cum tenet magis laborare, aut aliqua ex sibi concessis mi- nus necessaria detrahere, vel ad amicos procurare, & sic restituere. At hæc (ait Pelliz,) iure magis con- sultenda, quam præcipientia, quia sunt duriores.

1117. Religiosus, si rem sine licentia, seu Superio- re nolente, rem sibi donatam acceptavit, tenetur illam Monasterio restituere, non danti: ex illo veta- to principio: *Quidquid Monachus acquirit, Monasterio acquirit.* Cap. *bratimus 18. q. 1.* Et maxime quia Superior in tali causa illius acceptare censetur, solum enim est renuens pro Religioso, minime potest præsumi renuens pro Monasterio, nisi regulariter nunquam necessitas desit, cuius res illa potest pro- ducere, & non obesse.

1118. Quod si dans non dedit absolute, sed sub expresse, aut tacita conditione, quod res illa cedet in usum ipsius Religiosi, tenentur res de do- minio, tunc res esse restituenda danti, quia a se do- minium non abdicavit. Pelliz, *citat.*

QUÆRES VII.

1119. An Monasterium tenetur solvere debita a suo Religioso contracta?

R. Espond. Quod vel hæc debita fuerint contracta ante professionem, vel post.

SI ANTE PROFESSIONEM.

1120. Tunc, si Monasterium habet bona ad illo pa- riter ante professionem delata, tenetur suis debita solvere, iuxta vires bonorum ad illo delato- rum; quia bona delata non erant libera, sed credito- ribus obligata, & successor bonorum adstringitur ac- cere eis, qui succedunt.

1121. Quod si illi Religioso post professionem pro- veniat legatum, donatio, aut hæreditas, non tenet Monasterium ex illis satisfacere Religiosi credito- ribus, tenentur *Castrojal. tom. 3. tract. 16. p. 3.* Tamen in *De lib. & tract. 4. c. 1. n. 12.* Hoc probat ex com- muni & certo principio, quod bona, que post profes- sionem a Religioso acquiruntur, non acquiruntur immediate Religioso, & mediate Monasterio; sed immediate Monasterio acquiruntur, quoniam Reli- giosus per votum pauperatis est spoliatus omni do- minio, habetque est incapax; & quia creditores nul- lum ejusque jus in Monasterium, sequitur, quod Mo- nasterium nullo pacto tenetur recensa debita solve- re ex dictis bonis post professionem Religiosi ac- quisitis.

1122 Idem Caltrap. & Tambur. tenent eum haereticum quia tentant Sanchez, quod tenentur ex dictis bonis solvere, est communis, in quantum per professionem non fuit derogatum vis creditorum in bona omnia, quae Religioni obvenire possunt ratione personae obligatae.

1123 A autem talis Religiosus fit obligatus laborare, concionari, &c. & Monasterium teneatur solvere ex pecuniis a Religio proprio labore, concione, &c. acquiritis. Caltrap. tom. 3. tract. 16. d. 5. par. 7. §. 8. n. 8. negat, quia per professionem ceteris bonis, & debita extinxit.

SI POST PROFESSIONEM

1124 Debita contracta dixerunt ex delicto, verbi gratia, furto, damnificatione, aut alia iniuria, tunc tenetur Religiosus, aut Monasterium rem restituere, si extet, aut id, in quo factus est delictor, si non extet.

1125 Monasterium, si nihil extet, aut alia in aliquo factum dicitur, ad nihil tenetur, quia Religiosus se habet ut filius familias, cujus delicto non tenetur pater.

1126 Ipse vero Religiosus tenetur restituere aliquid detrahendo ex pecunia, & aliis ad suos usus conciliis, ut in n. 1115, ad differentiam ejus, quod tenetur professionem contraxit, quia ille per professionem cessit debitis, sique debita extinxit, & purgavit, non sic ille.

1127 Sed Superior potest talem restitutionem impedire, si sit factenda ex toto, minime si factenda ipsi Monasterio, cui sit facta laeso. Ratio prima, quia id, quod Religiosus pro restitutione accipit de pecunia subtrahit, est sub dominio Monasterii, adeoque potest illud a se nolle abdicare, & ita iuste restitutionem impedire. Ratio secunda, quia Superior tenetur fuit Monasterii indemnitate curare, nisi rationabilis causa obset.

1128 Si debita fuerunt contracta ex contractu. Tunc si contractus fuit iniuste legitime nomine Monasterii, videlicet de assensu, & licentia Superioris, & Capituli, tenetur quidem Monasterium solvere.

1129 Si autem Religiosus contractum iniit non nomine Monasterii, licet de licentia Superioris, ad nil tenetur Monasterium, quia pater non tenetur filii contractibus filii, ex l. 1. §. cum impubere, ff. de pecunia. Et licentia non fuit data ad contrahendum nomine Monasterii, sed fuit pura permissio, ne Religiosus illicite contraheret. Eadem ratione non tenetur Monasterium solvere, si ipse Praelatus iniit contractum, sed non nomine Monasterii, & de consensu Capituli; quia tunc se habet ut privatus, & contracti nomine proprio, vid. n. 1120.

1130 Quod si contractus cessit in utilitatem Monasterii, tenetur Monasterium solvere, ut in n. 1124. Sed creditor probare debet contractum in utilitatem Monasterii cessisse. Habetur ex cap. Quod quidam n. de fideiussuris, in his verbis.

Ne quis Religiosus aliquo majoris partis Capituli & Abbeis sui licentia pro aliquo solvatur, vel ab aliquo pecuniam mutuum accipiat, ultra summam a Capitulo constitutam, & aliquam non tenatur commensurari pro his abstractis respondere, nisi forte in utilitatem domus ipsius manifeste consiterit redando.

1131 Ipse Religiosus delinquens licet restituere non possit, potest tamen, & debet puniri, iuxta illud: Qui non possit in bonis, iacet in corpore.

1132 Denique dicta in toto hoc quaestio, non militat pro Religiosis Militariis S. Jo. &c. Illi enim (in teste ait Tamb.) amplius retinent bonorum administrationem, adeoque per professionem non censentur cedere bonis, nec pro debitis post professionem proprio nomine contractis, debigari possunt a solutione.

De largitione munerum, & paupertate agunt Diana part. 1. tract. 6. Donatus tom. 1. part. 2. tract. 15.

tom. 3. tract. 15. Vericelli tom. 1. tract. 3. & tract. 8. §. 2. Roccus in Sum. Magnanum in lib. 3. cap. Manachi, & cap. Cam ad Mananum.

ADDITIONE.

Corollaria ex dictis, & aliis.

1 Non peccat Religiosus retinendo peculium monasterium inlucendum in ordinariis, & aut extraordinariis necessitatibus licentia Superiorum, & apud Superiores, aut depositarios de consensu Superioris.

2 Non peccat Religiosus contra paupertatem gratis accipiendo, vel praefabendo obsequium pretio, & similibus.

3 Religiosus nec sibi, nec Monasterio acquirit lucrum ex pecunia sine licentia Praelati pro lufum deposita, nec collaturae lucrari potest pecuniam depositam.

4 Extenditur dicta astrictio ad cum ludi genus, quod vulgo dicitur Scemissa.

5 Lucrum ex pecunia, a Praelato concessa in eodem loco, non autem in diverso, deponi, & perdi licite potest.

6 Peccat Religiosus contra paupertatem, & sine licentia Praelati pecunia a Saeculari oblata aliquid emit etiam ad communem Monasterii usum.

7 Peccat etiam contra paupertatem Religiosus sine Praelati licentia, qui recipiens commodato a Saecularibus, vel illi, cum non sit contractatio, & recipit etiam Religiosus contra paupertatem per negligentiam communis diligentiae, si sine ten uti concessam interire.

8 Peccat etiam, & pecculenta, & pecculenta ab exteriori sibi oblata, intra, vel extra Monasterium sine consensu Praelati absumens. Verum in materia esculentorum non facit peccat graviter.

PAUPERITAS MINORUM

1133 Altissima dicitur, quia bonorum dominio privati tam in particulari quam in communi. Eam protulerunt Fratres Miores Observantes, Reformati, & Capucini, ex Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 3.

1134 Sub hac paupertate fuit instituta Regula S. Clarae, & S. Pii V. per suum Monachum proprium Circa dicitur, omnino voluit, Regulam S. Clarae sine de Pauperibus, in communi observari, ut fere Sacramentum Virginum honestas & Claustrum perfectius servetur, nam possidendo in communi, habent unde sustententur. Quam dispositionem pro duobus Monachis edidit Gregorius XIII. Concilio 13. de Sacris. Hinc Pellic. de Moral. cap. 4. n. 1. addit, etiam Moniales Capucinas dicta concessione gaudere posside, si in communi, imo et renunciare non posse sine Papae ne, conservatore, & decore.

1135 Fratres igitur Miores non sunt capaces reddituum, nec legatorum, quorum dominium directum residet apud ipsos. Sunt tamen capaces legatorum per elemosynam, quorum dominium, sicut & eorumdem sedem Apostolicam, ac proinde institutorum ne S. Sedis recipiant, de eorumdem Summi Pontificis, & Procuratoris Apostolici, qui eas communitates subministrant, retinent, & in eorum usum & praevio assensu, & consensu, ut innovent Summi Pontificis in Bullis, pro Syndicis Apostolicis editis, apud Confessio.

1136 Unde ad Superiorem spectat, licentiam Religiosus concedere pro suis usus.

1137 Quia in e. Regulae hoc habetur praecipuum: Praecipio firmiter fratribus universis, ut nullo modo deponant, vel pecuniam recipiant, per se, vel per interpositam personam. Plura alia ultra dominium bonorum in communi sunt prohibita, & inde expelluntur.

1138 Et

1138 Et primo, quoniam circa alias res sit nobis prohibendum dominium non usus, circa denarios est etiam prohibitus usus. Nicolaus III. Clem. V. & Innocentius XI. in Bulla Sollicitudo, de anno 1579. Ad hoc non possunt ad pecuniam artere, si res, quibus indigent, possunt in propria specie reperire. Si tamen eas non valeant in propria specie, puta frumenti, velis, libris, &c. reperire, tunc poterunt pro necessitatibus infirmorum, viduis, velutis, & similibus, factum esse, cum non recurrent, suorum Necessitas non habet legem, hinc hanc necessitate equitare possunt, non obstante praecipio de non equitando. Imo fide etiam dicitur de praecipio Ecclesiae: vid. n. 1070. Quod est verum etiam de Religiosis particularibus, si monasterium illius necessaria deceret non subministrat. Et ita praedicatur, maxime in Civitatibus, ubi devoti denarios pro elemosyna promptos habent, minime panem, librum, chatham, & similia, quibus Religiosus eget.

1139 Non minus pecunia denarius intelligitur, sunt enim synonyma, & unus terminus est alterius explicativa. Cyprilianus Capuce, & Melphi, nam apud Capucinos Pecunia idem est ac nummus, & denarius. Unde in Clement. Tertio, pluries pro pecuniis denariis intelligitur.

1140 Secundo, prohibetur receptio denariorum, & licet non prohibetur expresse, & propriis verbis contractatio, prohibetur tamen, quia licet non sit contractatio, non potest dari contractatio, quae non sit receptio: unde contractatio est quasi species receptio.

1141 Non prohibetur autem contractatio, & receptio, materialis denariorum, sed solum politica, & civilis, scilicet ad eos pro usus exponendos, & permutandos; nam pecunia proprie dicta huiusmodi usum politicum & civilem formaliter importat, ut in n. 907.

Hinc est prohibendum, monetas circulatorias tangere, & vasa elevare, cum ad discernendam qualitatem aut pertrahere, denarios amici pro custodia ratione a iure periculi retinere, aut secum in itinere pro latronum periculo ducere, & siquae usus usui, aut affectu: vid. n. 1108. & 1091.

1142 Tertio, prohibetur receptio denariorum per se, vel per interpositam personam.

Per se receptio dicitur frater, quando per casibus alterius percipere intervenit denarios recipiat in propriis conversandis, expendendo, donando, &c. Pariter, si per se aliquem ex recentis actibus exercet.

1143 Per interpositam personam recipere dicitur frater, quando sua auctoritate aliam personam sub nomine suo denarios recipiat, aut aliquem ex dictis actibus exercet.

1144 Utroque modo denariorum receptio prohibetur, minime si fiat per Syndicum Apostolicum, aut per amicos spiritualis, & elemosynarum, quibus 1145 Syndicus Apostolicus est Procurator, qui nomine S. Sedis recipit dominium omnium, tam immobilium, puta Ecclesiarum, Monasteriorum, hortorum, quam mobilium, & elemosynarum, quibus quibus suis usus intervenit, neque Ecclesiarum, Monasteriorum, hortorum, vestium, vasorum sacrorum, &c. minime suscipit in dominium reddituum, alia Summi Pontificis relictis n. 1128. maxime Nicolitium, in Decretis. Unde Syndicus Apostolicus pro redditibus non est Procurator S. Sedis, quia facultas Pro-

curatoris non se extendit ultra facultatem a Substituto concessam; sed esse interpositam personam, quia recipere, & ministrare auctoritate, & nomine fratrum: n. n. 1128.

1147 Amicus spiritualis est persona tertia, quae denarios ab aliquo fratrum devoto filii datus recipit, vel retinet expendendis ad usus fratrum nomine dantis. Quod hinc contingit. Volens devotus, aut religiosus fratres juvare, conflat quendam summam pecuniae Petro, ut eam nomine suo retineat, expendendam pariter nomine suo pro fratrum necessitatibus, & ad eorumdem requiritionem. Et tunc Petrus dicitur amicus spiritualis, & hoc padio pro suis de ceteris necessitatibus licitum est fratribus denarios recipere; quia dominium usque ad illius summam consumptionem semper residet penes dantem Petrus, qui recipit, retinet, expendit, &c. totum agere munus, & auctoritate dantis: Religiosus vero fratre habet usum facti, qui est illi licitus.

Amicus spiritualis nominari, & designari debet ab ipso dante, ob rationem de n. 1137. minime a fratre; nisi danti frater injungeret, ut nominet personam, quae illi videtur aptior. Imo frater potest danti personam aptam humiliter proponere, illi liberam designationem relinquendo, quia haec est pura offensio, non designatio, nec nominatio.

1148 Licite igitur fratres possunt pro decemibus necessitatibus denarios recipere, retinere, expendere, &c. per Syndicum Apostolicum, aut amicum spirituale, quia tunc non dicuntur recipere per se, vel per interpositam personam; quod a Regula prohibetur.

Syndicus facultatem habet plures Procuratores substituendi, uti opus fuerit.

Religiosus, & valde laudandus est usus illorum fratrum quatuor, qui per civitates, quarumlibet quorum locum ducunt, ut a fidelibus pro elemosyna denarios elargiri voluntibus, puer ipse recipiat, & Procurator consignat, quia dicitur bajulus Procuratoris, & ejus nomine, & auctoritate recipit: vid. n. 1108. & 1179.

QUAERES I.

1149 An Frater Minor subditi possit pro suis necessitatibus ad denarios recurrere?

R. Eip. In Monasteriis, ubi servatur vita communis Praed. praescripta, & insuper Monasterium singulorum fratrum necessitatibus providet, non potest ad denarios recurrere, & consistit ex ipso cap. 4. Regulae, ubi in casibus necessitatis recurrunt ad denarios, talem facultatem S. Pater dicit Ministris, & Custodibus, alios excludendo, his verbis: Tamen pro necessitatibus infirmorum, & aliorum Fratrum, indomiti, per amicos spirituales, Ministri tantum, & custodes sollicitam curam gerant.

At non ideo, si possunt, debent fratres esse segnes, & pigri; sed debent nomine, & auctoritate Ministrorum, omnem diligentiam adhibere ad elemosynas recipiendas, eas cum certis Monasterii elemosynis apud Procuratorem exhibitis incorporando, ut ex illis Ministris ejusdem necessitatibus provideri possit; nam hoc concedit Nicolaus III. in sua Decretali his verbis: Concedimus, quod ipse Ministri, & Custodes possint per alios hujus curae sollicitudinem exercere: vid. mon. 1095. & 1097.

1150 In Monasteriis vero, ubi non servatur vita communis Praed. praescripta, & Monasterium non providet singulorum fratrum necessitatibus, recurrunt respective dicta de Monasteriis aliam Religionum.

Dixi respective, quia tunc observanda septem modificationes loquentes.

1151 Prima est, ut recurrat frater pro suis necessitatibus iuxta decemiam, minime pro superfluis usibus. Potest etiam frater pro alterius fratris necessitatibus

F 2

talem aptitudinem habentis recurrere: & hic erit charitatis, & meritorius actus.

112. Secunda, ut necessitas fit prefens, aut imminens. Prefens dicitur, quando est actualis. Imminens dicitur, quando non est actualis, sed proxime futura. (Ubi non fuerit necessitas recurrenda, aut potestibus, puta ob iter, aut infirmitatem, que ei potest contingere.)

113. Tertia, ut necessitati non possit commodè providi curando rem in proprio.

114. Quarta, ut apud Procuratorem, aut amicum spiritualem non sint alii denarii, quibus possit necessitatibus providere.

115. Quinta, ut alium elemosynam pecuniariam obtinentium recepto, retentio, & expensio, &c. fiat per Procuratorem nomine S. Sedis, aut per amicum spiritualem nomine dantis, vel per ipsum dantem: Alias diceretur recipere per se, vel per interpositum personam.

Amicus spirituales pro huiusmodi usus potest uti bajulo, sicut & Procurator: vid. num. 1148.

Necessitas autem prefens, aut futura (ait Nicol. III. in Jus Decretalis, Extra, quismodis in 6.) potest esse duplex generis, una, que brevi tempore expediri valet: Et pro hac potest frater uti dante, aut persona ab eo instituta, imò & alia persona ab ipso primo substituto fabricata.

Alia, que traditum temporis postulat, ut in pecunia depositata sit ad usum, qui non potest transire per manus multorum, quorum impossibile est ipsum dantem, aut primum substitutum habere notitiam: Ut in emptione lanae, librorum, &c. in loco distanti: Tunc Nicol. III. cit. ultra traditum modum pro ordinatio Regule, & professorum puritate, alium secularem modum assignat: Videlicet, ut frater ab ipso dante, aut eius Nuncio, seu primo depositario fabricare valeat, licentiam retat notes depositarius suo nomine substituenti, seu fabricanti, prout opus requirit: Ut per quorundamque manus (sunt verba Decretalis) pecunia, seu elemosyna ipsa tradatur, siue personas ad eam, vel a fratris nominatas: totum suo consensu voluntate, ac auctoritate precedat. Quo assensum suum prebente tradidit, si tunc fratres ve empta, vel acquisita de illa pecunia, per quemcumque, iuxta modum annotatum superius, uti possint. Hoc pacto, quoties erunt novi depositarii assignandi, semper fieri debet nomine, & auctoritate dantis, aut primi depositarii.

Quod si per oblivionem frater hanc licentiam non postulerit, potest novus depositarius insinuare ex postulante licentia dantis, si expressa haberi non possit, que quidem factis rationibus, non ex improbitate, non ex voluntate dantis, qui iurare fratres intendit, & proinde modis omnibus, quibus licite potest iuvantem precipere, quam ex voluntate eisdem Summi Pontificis, qui volens fratrum providere, tam super necessitatibus, quam super puritate obtinerit Regule, tam benignis tradidit modis.

Item est respective dicendum de Syndico Apostolico in ordine ad novos Procuratores substitutos.

1156. Secunda, ut retum fiat de licentia expressa aut sacra fidei Superioris laicali, cui incombent omni providendi, aut Superioris maioris, qui quidem rationabiliter fere presuntur, si Superior providere non possit.

1157. Septima, ut frater nullam auctoritatem ostendat supra pecuniam apud Procuratorem, aut amicum spiritualem depositatam: nec in usus auctoritative se gerat, ne offendant de dominum, sed suppliciter. Unde non potest exposcere ab illis computos civiles expensarum, potest tamen illos videre, & memoriam scriptam ante se retinere, solum ad sciendum, quantum pecunia apud ipsum remaneat, ut sius usus discretionem temperet. Quod si reperiat infidelem, non potest eum in iudicio convenire: hoc tamen potest facere ipse dans, quia est dominus. Item si ille elemo-

synam in capsa retineat, non potest frater, etiam Superior, clavem tenere.

1158. Recensita septem modificationes sunt præfatis in Decretibus Nicolai III. & Clement. V. ac in Declarationibus Adriani IV. Si dantis non obligant in sans illam in manibus aliquis tertii dante pro necessitate commota, aut potestibus, dictum est n. 1152.

1160. Hi duo modi in hoc differunt, quod in primo, si moriatur Religiosus, pecunia Procuratori tradita si exoriatur, pro Monasterio remanet, tam si fuit incorporata, quam si non, quia reliquit pecunia Summi Pontificis, pro Religiosorum necessitatibus. In secundo, si moriatur Religiosus, pecunia depositario tradita non spectat ad Monasterium, sed redit ad ipsum dantem, quia fuit eius dominium a se non abdicavit, sed semper retinuit, ita ut etiam Religiosus ipsam pecuniam de manibus depositarii sibi restitueret.

Quod si ipse dans moriatur ante consumptionem pecunie, Nicol. III. in Decretali. cit. n. 1155. disponit his verbis: In eo vero casu, quando antequam ipsa pecunia in licitum rite habenda vel utenda commercium sit conversa, concedentem pecuniam morti contingit: si concedens in concedendo dixerit, vel expresse, quod persona deputata pecuniam ipsam in necessarium usum fratri expendat, quicquid de ipso concedente vivendo, vel moriendo contingeret: si concedens huiusmodi hæredem reliquerit, sive non, si postea frater ad personam deputatam, non obligabitur, sed concedens morte, vel hæredis contradictione, pro illa pecunia expensanda recurreat, sicut poterat ad ipsum dominum concedentem.

Cujus iuste dispositioni ratio potest esse, quia dum datur pecuniam danti non revocari, præsumitur velle continere elemosynam fratri, juxta illud: Qui potest facere elemosynam vivus, potest facere elemosynam mortuus: Et quia depositus, ut illum iuvaret.

1165. Hoc tamen est notandum, quod si dans, volens necessitatibus fratri, aut etiam Monasterii succurrere, pecuniam ad hunc effectum det Procuratori Apostolico, tunc eius dominium suscipit Papa, & pro Monasterio remanet. Non exprimitur, velle dominum retinere: in quo casu persona illa, que est procurator Apostolicus, respectu ad dantem pecuniam, non se habet ut Procurator Apostolicus, sed ut amicus spirituales, quia non eam retinet nomine Papæ, sed nomine dantis.

Ad eum, ut iurisperita S. Francisco præcepta datur pluribus non videtur, sed dicitur reddatur, duos hic tradit nodos, quibus uti poterat frater, desumptus ex Decretalis Nicol. III. & Clem. V. ac ex aliis Martini IV. & V. & Pauli IV. Declarationibus a Religione acceptis, & novissime ab Innoc. XI. confirmatis: ut in nom. 1158.

1161. Primus nodus perierit, & perficitur est, quod frater elemosynam modo licite acquisitam conferat Procuratori Apostolico, ut incorporetur cum cæteris Monasterii elemosynis, ita ut Superior ex communi massa possit facilius ejus honestis usus providere, quod licite imo religiosissime agit. 1. Quia se conformat Decret. Trident. relato n. 1055. 2. Quia Monasterio non deficient necessitates imminentes, imò actuales. 3. Quia quando a Superiore pro suis honestis necessitatibus (tam post distrium tempus providendum, non providentur elemosynis illis, quas tradidit, sed de elemosynis actualibus Monasterii: & hoc, non quia iuxta elemosynam supponitur consumptæ, (ut in quidem pro certo supponitur), sed quia per incorporationem elemosynis Monasterii, facta sunt elemosynæ Monasterii, de quibus Superior tenetur ipsi, utpote suo fabrico, providere, quod omnino contingit & cessat.

1162. Et quia in presenti loquimur de Monasterio, quod ob novitiam reverentiam non potest singulari fabrico necessaria ad honestos usus subministrari: Superior monetur, ut utatur discretione, & præsentia, ut quoties Religiosus ille, qui suo labore, & industria elemosynas acquirit, & cum cæteris Monasterii elemosynis in manu Procuratoris incorporaverit, ad usum pro suis honestis usus recursum habuerit, non deficiat ei providere: vid. n. 1043. 1080. & 1097.

1163. Secundus nodus dilectus datur in Decretalis Nicol. III. & Clem. V. est, Si dantis summam pecuniam deponat in manibus aliquis tertii, et ea nomine suo retineat expensas ad usus aliquos fratris sibi chari, aut propinqui, dominio apud se semper retento: tunc licite poterit frater ad ipsum depositarium, seu

seu amicum spirituales recurrere, quoties ei contingere necessitas; sequitur ex dictis n. 1147.

At id est omnino attendendum, quod ipse frater non potest ad dantem pro pecunia recurrere, nec curare, ut dantis illam in manibus aliquis tertii dante pro necessitate commota, aut potestibus, dictum est n. 1152.

1164. Hi duo modi in hoc differunt, quod in primo, si moriatur Religiosus, pecunia Procuratori tradita si exoriatur, pro Monasterio remanet, tam si fuit incorporata, quam si non, quia reliquit pecunia Summi Pontificis, pro Religiosorum necessitatibus. In secundo, si moriatur Religiosus, pecunia depositario tradita non spectat ad Monasterium, sed redit ad ipsum dantem, quia fuit eius dominium a se non abdicavit, sed semper retinuit, ita ut etiam Religiosus ipsam pecuniam de manibus depositarii sibi restitueret.

Quod si ipse dans moriatur ante consumptionem pecunie, Nicol. III. in Decretali. cit. n. 1155. disponit his verbis: In eo vero casu, quando antequam ipsa pecunia in licitum rite habenda vel utenda commercium sit conversa, concedentem pecuniam morti contingit: si concedens in concedendo dixerit, vel expresse, quod persona deputata pecuniam ipsam in necessarium usum fratri expendat, quicquid de ipso concedente vivendo, vel moriendo contingeret: si concedens huiusmodi hæredem reliquerit, sive non, si postea frater ad personam deputatam, non obligabitur, sed concedens morte, vel hæredis contradictione, pro illa pecunia expensanda recurreat, sicut poterat ad ipsum dominum concedentem.

Cujus iuste dispositioni ratio potest esse, quia dum datur pecuniam danti non revocari, præsumitur velle continere elemosynam fratri, juxta illud: Qui potest facere elemosynam vivus, potest facere elemosynam mortuus: Et quia depositus, ut illum iuvaret.

1165. Hoc tamen est notandum, quod si dans, volens necessitatibus fratri, aut etiam Monasterii succurrere, pecuniam ad hunc effectum det Procuratori Apostolico, tunc eius dominium suscipit Papa, & pro Monasterio remanet. Non exprimitur, velle dominum retinere: in quo casu persona illa, que est procurator Apostolicus, respectu ad dantem pecuniam, non se habet ut Procurator Apostolicus, sed ut amicus spirituales, quia non eam retinet nomine Papæ, sed nomine dantis.

COROLLARIA ALIA.

1166. Primum. Non possunt fratres per se ipsos recipere, custodire, retinere, aut expendere elemosynas pecuniarias, que in ipsis Conventibus & Sacristiis ad illos pertinent pro Missis, funeralibus, alique causis honestis, quia esse per se recipere, sed ad hos effectus tenere debent; etiam in iacuarum, que sit substituti, aut bajuli Procuratoris, & ita vicario prædicari. Qui substitutus potest esse Tertiarius aliquis, qui hic a Regula non prohibetur, nec illa ligatur: Hoc tamen non est prædicandum ob secularium scandalum, & ob periculum, ne evadat intercepta persona nam facilius potest Superior eum eo adrogative tractare: vid. n. 1147. Quod si urgetur Tertiario induto more Hispano, quomodo habui brevi usque ad gena, tibial, & calcemantibus, nullum esse periculum scandalum: v. num. 1168. & 1178.

1167. Secundum. Possunt fratres elemosynas a beneficiariis pro Missis, suffragiis, &c. retinere ab hæredibus, petere per modum elemosynæ, minime via civilis Judicii. Illis autem recusatibus, possunt illi manifestare Syndicis, qui nomine Papæ possunt contra hæredes in iudicio agere, ut disjunctum Summi Pontificis in Bulla Syndicis, maxime Paulus IV. in Bulla ex Clement. ann. 1552. Imò ex iure, id potest quilibet de populo agere nomine testatorum, ut eorum

Examen Aegleph.

voluntates quoad Legata pia pro suis animabus restituenda impliantur. Et tamen debet licite strepitus ratione scandalum plene sit amissio, quam iuratum: v. n. 1152.

1168. Quod si hæredes elemosynaliter a fratribus recepti voluntarie solvant elemosynas a testatoribus restitutas, debet illas recipere substituti, aut persona secularis, vel Tertiarius, ut ad Procuratorem deferat.

1169. Tertium. Tenere in Sacristiis, & a Ecclesiis capitulis, loculis, & familia expensis pro elemosynis restituis auctoritate precepti, est denarius per interpositam personam recipere.

Non sic, si tententur auctoritate Syndici: hoc tamen fieri non potest, quia prohibentur de iussu Urb. VIII. per nostras Constitutiones de anno 1628. etiam si eadem Syndicus tenent, si verbis.

Capit. vel trunci ad recipiendas elemosynas pecuniarias, etiam pro Missis oblatas, non solum ab Ecclesia, sed etiam a Sacristia, & a quatuorque partibus, que sit intra clausuras Conventus, omnino prohibentur, sub preta inobedientie, & excommunicationis maioris: Guardianus, qui contrarium permittit, privetur officio suo: vid. n. 1166.

1170. Quartum. Fratres itinerantes, maxime per longum iter ad comitia generalia, aut alio ob justam, & honestam causam, quia regulariter religiosi, & decet commode indigent in conversatione propria persone, quam habere non valent sine recitatio ad dantem, ut possunt sacristia, aut Tertiario, quos secum ducant substitutum a Syndico, adnotate cuius recipiat, retineat, & expendat: vid. n. 1155.

1171. Quintum. Est Statutum antiquum, quod refertur in speculo Minorum, n. 3. fol. 200. ut loquitur: Si contingat, aliquem fratrem transferri de una Provincia ad aliam ad morandum, libris sibi commo, vel ad usum possit habere, & post mortem vero sum omnes libri, quos tempore huius translationis habuit, vel postmodum commutari, ad Provinciam ipsam, a qua translatus fuit, integre revertantur. Idem iudicium de translatione elemosynæ habeatur: & ad hoc fideliter faciendum, ministri firmiter, in quorum Provinciis decederunt, retentur. Et ut hoc melius observetur, fratres, qui transferantur, relinquunt in scripto nomina librorum valentium ultra quartam partem marchæ argenti, & elemosynas quantumten ministri illis, de quorum administrationibus transferantur.

Q U E R E S I I.

1172. An Frater Minor possit licite pecuniam expendendam tangere lino, aut carra involvendo?

Videatur licite, quia id est mediate tangere, & cum finem in odiosis, prætextum est relinquentium ad contactum immediatum: Hinc quavis prohibentur sit laico via facta tangere, potest medio velo, aut alio.

1173. Respondio, non licet. Longius cap. 4. consuet. 1. fol. 1. n. 8. quia talis contactus pecunie chæta in voluntate, licet sit mediatus, est verus contactus physicus, & civilis. Physicus, ut dicitur de contactu patris vel cooperæ ab eo, qui Ordinem amplecti, factum in nom. 3. n. 136. Est civilis, quia ad expendendum, adeoque est receptio a S. P. prohibita, ut in n. 1144.

Tum quia alius licet pecuniam in bursa, aut in cælia recipere, imò retinere.

1174. Ad partem diffinitas est, quia contactus vasi sacri licite prohibetur ob reverentiam, que saltem per contactum mediatum. Finit autem receptionis pecunie est ad vitium omnem usum civilem pecunie, ut constat ex n. 1138. qui finis non salvaritur in recenti contactu mediato.

1175. Tali autem contactus mediatus solum potest a peccato excusari in casu necessitatis: Donatum. 3. tract. 15. q. 49. quando scilicet urget necessitas fratris, et non suppetere alius modus recipiendi, videlicet per substitutum, & Dantem, Depositarium, aut